

DE
VENTRICVLO,
 ET
EMETICIS.

INtra nimis angustos limites humana cognitio coercetur, quia sensus ad percipienda plurima obiecta non pertingunt: siue pro certis obiectis, vt nostræ superbix resistat Deus immortalis, sensus non concesserit; Si equidem pauciores sensus homini ingenerasset, hominem profectò latuisset omne illud obiecti genus, quod sensibus, quibus destitueretur, proprium existeret, vt surdus dum quis nascitur, sonum, aut aliam eius proprietatem nunquam percipit deficiente organo, quod huiusmodi ideas parare possit; Si autem plures sensus voluisset largiri, vti plures, & perfectiores certis animalibus Creatorem impertitum esse (quia ratione careant) censuit Gassendus, & maximum oculorum numerum insectis testantur concessisse obseruationes, omnia illa obiecta, quæ huiusmodi sensibus congruerent, & nunc nobis omnino ignota, apertè cognosceremus.

Huius conditionis autem est Pharmacorum inuentio, si omnimodam sensibus fidem

R 3 habea-